Nomen possessoris si tu cognoscere velis
In [illegible] nicolaus est iste vocatus

1977
L
1058

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142876-p0001-1

C b 120

Script. Rom. in Quarto
N. 41

II.2.b.19

DIOGENIS CINICI PHILOSOPHI

Secta Authore Bartholomeo colonienſe latine.

Inſignia Diogenis.

Cratis:philoſophi Cynici epiſtolæ elegantiſſimæ.

Pallia non Cynicum faciunt atriqʒ cuculli:

Non bacculus curuus pæra nec ipſa facit

Aſt animus recti ſemper ſeruator & æqui:

Et qui fortunæ ſpernere dona poteſt

SECTA DIOGENIS CINICI PHILOSOPHI

Quiſq; auet Cynicæ precepta capeſcere ſectæ:
Et fieri Cynicus nomine: req; ſimul.
Reſpuat argentum: nec non & Perſidos aurum.
Et gemmas rubri purpureas pelagi.
Hinc faſtum mentis. & pompam gloria inanis
Ventoſam: ventriſq; ingluuiem abijciat.
Contegat hinc humeros: ſcapulaſq;: & terga: nateſq;.
Et latera: & pectus palliolo duplici.
Huic plantas crepidæ firmẽt: ſed crura minutis
Interſperſa pilis tegmina nulla tegant.
Huic humerum dextrum pænaria pæra fatiget
Aſt humerum læuum magna lagæna grauet
Et baculum in manibus geſtet: quo languida mẽbra
Suſtineat rabidos quo ne canes feriat.
Nutriat hirſutam barbam ad pubem vſq; fluentem
Quam raro expediet pectine multifido.
Huic cibus aptus erit lactucula: braſſica: bæta.
Panis: piſa: faba: lens: holus omnigenum.
Huic largus hauſtus liquidiſſima limpha propinet;
Arentes faucis torridaq; ora rigans

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142876-p0004-8

Concaua pro cyatho ſit dextera proq; catino
Sit panis gremio concauns in medio.
Hic ſtimulante fame locupletum ad limina tendat.
Et fruſtum panis ore tremente petat.
Non tamen accipiat panem: quem diues iniquus
Obtulerit: ſed quē frugi homines dederint.
Hic caſtam vitam ducat: moreſq; pudicos
Diligat: & veneris reſpuat illecebras.
Non ancillam habeat: non ſeruum ſed ſibi ſi vult.
Imperet vt dominns: pareat vt famulus.
Huic dent hoſpitium vinaria vaſa: proſeuca ve
Aut quercus gremio mortua putrida ve
Quom primum eois roſeus ſol ſurgit ad vndis:
Ex oculis ſomnum molliculum excuciat.
Alterno ſtudio virtutes diſcat & artes.
Poſtea quas dociles diſcipulos doceat.
Non cæcas rerum cauſas inquirere tentet:
Que longe ingenium tranſuolitant hominis.
Quom radios ſolis ſpectat demerſus oriſon
Antipodum: duro dormiat in cilice
Hic niueas ſtatuas nudatis ambiat vlnis:
Quom terram niuibus conſpuit Aegoceros.

Sed rapidus æſtus;quos ſol:leo:ſijrius efflant
Intrepidus nudo vertice ſuſcipiat.
Si quis eum palmis pulſauerit:aut truculentis
Contuderit pugnis ſuſtineat patiens.
Huic vngat guttus languencia membra labore
Tollat & immundum ſtrigilis aſpra ſitum.
In ſolium nou deſcendat:nec balnea querat:
Squalida in vlnoſa menbra palude lauet.
Hic ſi quo tendet ſilices:ſalebraſqꝫ viarum
Nudatis pedibus proterat intrepidus.
Hoſpicio exceptus panem:naſturcia:limpham
Fonticuli accipias:ſed requieſcat humi.
Capere non ceſſet vicium:licet in caput eius
Coniurent reges cum ſtolido populo.
Virtutem pulchram cum ſanctis moribus ornet
Laudibus immenſis:et ſuper aſtra ferat:
Hanc rigidam formam victus:habituſqꝫ relaxet
Nulla onceroſa dies:nullaqꝫ feſſa dies.
Diſcipulis chlamydem cum pæra det moriturus.
Si ſit diſcipulus vnus & alter ei.
Iuxta ſe baculum ponendum curet eodem
In tumulo;gelida quo ſua menbra cubent.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142876-p0006-9

Vt quæ ſe offenſum veniunt animalia duris
Verberibus cedat:& procul a ſe abigat.

PALLIVM DIOGENICVM LOQVITVR

Quondam ego (ſi recte memini) vel amina amæna
Lanigeris gregigus ſponte mea tribui.
Nunc ego proch ſuperi ſcapulas:& brachia & artus
Et clunes cynici contego Diogenis.

PERA DIOGENICA LOQVITVR

O Cynice ex gremio tibi holuſcula læta capaci
Promo:quom phryxi vellare ſole tepent.
Et cum præcocibus malis liuentia pruna
Do:quom ſol cancrum percoquit igne graui.
Hinc tibi do patulis decerptas vitibus vuas.
Quom titan vehitur lancibus in trutina.
Sed cum pane fæbas lentem:rapum tibi dono:
Euomit hibernas quom Capricornus aquas.
Tu vero ingratus:qno non ingratior alter:
Quom mala pro meritis reddis acerba meis
Nam graue olenti anima q̃ podex ſpirat & aluus
Me miſeram excrucias nocte dieq; ſimul.

BACVLVS DIOGENICVS LOQVITVR

Suſtinuit quondam me glandifera arbor : olympi
Sidera que pecijt frondibus vmbriferis
Nunc ego Diogenem : quē obſcœna animalia : & atri
Obmordent pulices ſuſtineo aſſidue.

CREPIDE DIOGENICE LOQVITVR

Cornigeri tauri quondam vel animus artus.
Nunc Plantas olidi proh tegimus Cynici

DOLIVM DIOGENICVM LOQVITVR

Qucndam hominum dulces potus : nectarq; deorum
Mellifluum in medio continui gremio.
Nunc Cynicum turpem : quo non eſt turpior alter
Sub cælo aſtrigero. hei michi contineo.

BARBA DIOGENICA LOQVITVR

Mallem ego (ſic medij bene ament (ſordencia menta
Barbigeri pecoris deflua contegere.
Squalida Diogenis quam ora exhalancia odorem
Latrinæ extrema : aut ſordiduli ſcaphij.

ATANASIVS CONSTANTINOPOLI
TANVS ARCHIENSIS ABBAS
AD DIVVM PRINCI
PEM KAROLVM
ARAGONVM
PRIMO GE
NITVM

Vm ſuperioribus diebus me illuſtriſſime pri/
ceps Panhormum cum tuis litteris commen
daticijs ad excellentiſſimum Sicilie proregem
pro mei capiendi monaſterij poſſeſſione cōcu
liſſem:poſſeſſionē quidē haud habere potui. Sed epiſto
las quorumdam phyloſophorum & preſertim Cratis
Cynici fortuna optima repperi: refertas grauiſſimis
ſentencijs:refertas actica eloquencia:refertas deniqꝫ cini
ca illa philoſophia Quas quū reperiſſem maxima certe
leticia affectuſſum. Arbitrabar enī:ꝙ ſi eas latinas fæce/
rim & tibi principi litteratiſſimo:humaniſſimoqꝫ dedi/
caueri.non ſolū gratitudine dignus aput te exiſtimādus
eſſem (cum vacuus ad te non rediſſem) ſed etiam quod
iam dudum magno cum deſiderio querito: poſſem fa/
cile obtinere. Tanta enim vis non modo philoſophiæ
verum etiam ſententiarum grauiſſimarum in eis eſt vt
eos homines ad quos peruenerint:liberales:clementes:
humanoſqꝫ continue reddant. Verum ſi eos pari elo/
quēcia qua apud grecos ſunt conuertere nō potui(cum
mihi lingua latina peregrina ſit) officiuꝫ tamē fidi inter
pretis in eis traducendis.pro viribus obſeruare curaui.
Non enim eas interpretari volui.vt meam eloquenciaꝫ
in hac romana lingua que mihi nulla pene eſt oſtenderē
(nequaq̄ enim oſtentacione gaudeo) ſed vt mentē illorū
grauiſſimorū philoſophorū litteris latinis exprimerē
& tibi optimo principi in hoc litterario officio. aliqua
in re morem gererem: qui non lingue ſuauitatē ſed men
tem eorum qui ſcribunt conſideras. Quamobrem: vt
in hoc meo itinere:quas epiſtolas perturbato (vt ita di
cā) animo traduxi:libenter accipias queſo. Et me non
omnino ingratum exiſtimes: qui vt hij philoſophi (cū

græci ſint) tecũ latine loquantur : operam dedi. Quod ſi feceris : vt ſpero & tua opera (humaniſſime princeps) monaſteriolum meum aſſecutus fuero : animo quieto complura greca latina efficiam.

CRATIS PHILOSOPHI CUNICI EPISHOLE ELEGANTISSIME INTERPRETE ATANASIO CONSTANTINOPOLITANO ARCHIENSE ABBATE

Crates ſocijs fælicitatem

Fugite non ſolum fines malorum iniuſticiã : et intemperanciam : ſed etiam voluptates eorum fomenta : his namq; dumtaxat preſentibus & ſperatis : nec alteri rei incumbetis ſequamini non modo fines bonorum temperanciam : & tolleranciam verum etiam qui ad eos nos inducunt labores. Et ob eorum aſperitatem nolite illos fugere non enim in his minimum diſcrimen eſt ſed quẽadmodum ære quiſpiam aurum cõmutaret ſic laborib⁹ virtutem acquiretis.

Crates ſocijs fælicitatem

Cynica philoſophia hec eſt : quam Diogenes certe ſecutus eſt. Eius labores canis ipſe. aſſidue autem philoſophari cynice viuere itaq; non timete nomem neq; ob eam rem tribonem & peram fugite arma deorum quæ ſtatim cum his qui bonis moribus prædicti ſunt cõiũgũtur. Vt eni ſi quiſ cũ bonis ſit malus diceretur ægre non ferret ita & aſſidue philoſophari cynice viuere dicitur : & qui hoc pacto philoſophatur canis appellatur. Et ea philoſophia cynica huic operam dare an gloria ſit an ignominia totum id opinio eſt. & quod omnium moleſtiſſimum eſt : cum hec nomina vt vmbra quedam vt aiunt habeantur conamini igitur : hec &

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142876-p0010-1

alia generis eiuſdem paruifacere.

Crates ſocijs fælicitatem

Philoſophamini pocius quam reſpirate. Eligendum eſt pocius bene viuere quod philoſophia facit quam viuere quod ipſa reſpiracio: & non vt ceteri ſed vt Antiſthenes incepit & Diogenes perfecit. At ſi hoc mō philoſophari difficile eſt: celerius tamen ad felicitatem perducit. Et quemadmodum Diogenes dicebat etiam per ignem tranſeundum eſt.

Crates ſocijs fælicitatem

Bonum eſt lex: ſed non melius philoſophia. Hæc em̄ cogit iniuriā non facere illā autē docet Sed quantū arbitrium preualet neceſſitudini tantū & legi philoſophia. Itaqȝ pociꝰ eā ob rem philoſophamini quā r.p. hoc eſt legibus vacate. Præclarius eſt em̄ id ſcire quo iuſte homines docentur viuere q̄ id quo vrgentur iniuriam non facere. Sit vobis cura animi corporis autem quantū neceſſitas poſtulat: fortunarū vero nec quantū fælicitatis; namqȝ vuluptas non eſt propter q̄ fortune vobis neceſſe ſunt: ſed virtꝰ quæ ſine illis perfectæ eſt.

Crates ſocijs fælicitatem

Non ab omnibus quæ vobis neceſſaria ſunt querite neqȝ ea que cuncti dant vobis accipite. Non em̄ equū eſſe exiſtimo virtutem vicio nutriri Sed ab his dūtaxat querite qui philoſophiā meminerint: a quibus licebit vobis ſua & non aliena petere.

Crates ſocijs fælicitatem

Excercete paucis indigere: hoc enim prope deos accedit. Sed quod oppoſitum eſt longiſſime ab dijs immortalibus abducit. Licet ergo vobis qui inter deos & animalia bruta medij facti eſtis, dijs pocius immortali-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142876-p0011-7

bus virtute quā animalibus brutis vicio ſimiles effici.

Crates ſocijs fælicitatem

Medici vnam ventris diſpoſitionē eſſe ſcripſerūt q̄ cruditatem cibi dicebāt. Diogenes alterā quā famem appellabat. in prima pharmacum a medicis petere turpe eſt ſed non in altera: quā propter paruifacite eos q̄ huiuſmodi turpia & obſcena verba proferūt: & æque bucellam atq; cætera omnia quærite: non enim turpe eſt petere: ſed indignum ſe his que dantur prebere. Ac turpius certe propter cruditatē cibi quā propter famē remedia querere: cum hæc gule & vicio ipſa autem egeſtati & inopia comparetur.

Crates adoleſcentibus fælicitatem

Aſſueſcite aqua frigda lauari & aquam bibere & non ſine ſudore cōmedere: & tribone indui: & ſuper humū iacere & nunq̄ vobis balnea claudentur neq; vermes vobis neq; oues fructum offerent: neq; caupones aut publici hoſpites ditabuntur: quemadmodū his qui calidis aquis lauare vinum bibere: ſine labore comedere: purpura indui: ſuper cubile quieſcere conſueuerūt.

Crates adoleſcentibus fælicitatem

Aſſueſcite panem edere & aquā bibere piſces aūt & vinū nullo pacto guſtare. Hæc enim ſenes feroces (quēadmodū Circen pharmaca) iuuenes effeminatos reddūt

Crates adoleſcentibus fælicitatem

Siue elegendus eſt labor: ſiue fugiendus: laborate ne laboretis. Nam qui labores effugiūt non poſſunt fugere næ laborēt: Propter enim labores fugatur labores. & propter quietem ſequuntur.

Crates patrocli fælicitatem

Non dicas velim Vlyxē authorē Cynicæ philoſophie

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142876-p0012-2

eſſe: qui oim ſociorum molliſſimus fuit: & voluptatē præ omibus magnifaciebat ꝙ aliquādo quæ canis ſūt ſe induit. Non eni habitus canē: ſed canis habitum facit: quod certe Vlyxes non erat: qui vincebatur ſemper ſomno vincebatur cibo laudauit vitam voluptuoſam: nil faciebat abſqꝫ deo atqꝫ fortuna petebat omnes etiaꝫ infimos: accipiebat quæqꝫ ei quiſpiam Largiebatur: Sed dic Diogenem qui non ſemel ſed tota vita ſua habitum Cynicum geſtauit qui labore voluptatem ſuperauit qui nec quidem infimos patebat: qui ſua neceſſaria proiiciebat: qui a ſe ipſo omnia contemnebat: qui numquam ambitioſus. ſed modeſtus fuit: qui rationi pocius quam fraudi & viribus corporis credebat. qui non ad mortem abigendum ſed ad virturem exercendam ſeſe fortiſſimum prebuit & eueniet tibi vt nō Vlyxem ſed magnum Diogenem imiteris: qui & cum viueret: homines ex vicio ad virtutem perducebat: & quum mortuus ſit. ob eas quas reliquit raciones

Crates macrodi fælitatem

Quum a nobis diſceſſiſſes: in paleſtrā iuuenū deſcēdi & vnctus currebam: Quumqꝫ iuuenes me inſpexiſſent ridebant. At ego ne tam repente certamen deſinerem illis inſpicietibus me ipſum prouocabā Crates inquiens labora pro capite: ꝑ auribus: & pedibus: qui quū hoc audiſſent: amplius nō ridētes ſed & ipſi quoqꝫ ſeſe aptātes currere ceperunt Quamobrē nō vt prius ægrotabāt Michi autē: ꝗ cauſa eorū ſanitati fui maxiāꝫ gratiā habebāt: neqꝫ dimittebāt ſed quocūqꝫ ierā me ſequebātur: audientes & mirātes: que dicerē: quæqꝫ facereꝫ Hec ad te ſcribere volui vt & tu non ſolus curras ſed eo in loco vbi iuuenes morā trahere ſolent quos nobis

curate neceſſe eſt: opus namqꝫ celerius q̃ ſermo tolerã/
tiam docet quod in ſola Diogenis phia inueniri poteſt

Crates Emnopolo. S.P.D.

Habitus Diogenis ignominioſus eſſe videtur: ſed tu/
tus ſecuruſqꝫ eſt & qui eo vtitur: magis fidus habetur
q̃ illi qui eo induebantur: qui Cartaginem cuſtodiebãt
Simplex vita ſed longe ſanior perſica durus viuendi
modus ſed liberior Sardanapali. Quamobrẽ quoniã
melius Cartaginenſiũ habituri: quod tutũ eſt præfert:
& bona valetudo longe vitæ atque aſpera conſuetudo
ignominioſo: quę non alia ſed ſola Cynica phia docet:
quare aliorum preceptis philoſophari & non Dioge/
nis qui breuem viam ad fælicitatẽ inuenit: ſtultum eſſe
exiſtimo.

Crates diuitibus. S.P.D.

Laqueo colla vobis frangite Cũ enim lupinos & ficus
& aquam & mediocres togas habeatis nauigatis. cõ/
plures agros colitis: ceteraqꝫ generis eiuſdem facitis.
At nos omnẽ quietem agimus: liberi omni vicio a Si
nopeo Diogine redditi: nil quidem tenentes & omnia
cõplectentes. Sed vos cum omnia habeatis ambitione
inani gloria & timore: nil profecto poſſidetis.

Crates theſſalonicenſibus fælicitatem

Non ſunt homines equorũ gracia facti: ſed equi prop
ter hoĩes. Quare conamini veſtri pocius q̃ equorum
curam habere. næ digniores vobis equos habeatis.

Crates Athenienſibus

Diogenes canis aiebat omnia eſſe dei & amicorum cõ
munia: itaqꝫ cuncta eſſe ſua. Quod ſi quis aliquid ho/
rum violauerit: non græcorũ & troianorũ ſed tocius
humane vitæ fædera perturbaret. Quẽadmodum hac
racione perſuaſi: non ægre feratis, quum ſtudioſi veſtri

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142876-p0014-4

bolum petunt non enim veſtra ſed eorum redditis.

Crates hipparchiæ coniugi ſuæ fæli.

Mulieres viris inferiores natæ ſunt. ſed Amazones ob ea quæ geſſerũt in nullo viris inferiores fuere: quare ſi earum memineris eas imitare debes. Non enim nobis perſuadebis: ꝙ eas ſequeris: quouſqꝫ delicate viuas. Turpe eſt enim his delicijs: mecũ: cynice velle viuere. & cum plus olim cum tuo coniuge diuicijs triũphaueris nunc te pænitere: & e medio itinere reuerti.

Crates Hipparchie coniugi. S.

Remiſi tibi togã quã a te textã michi miſeras cum tolerantes homines eiuſmodi toga indui ꝓhibeãtur. Et vt te ab eiuſmodi opere cohibeam in quo ꝙ̃ plurimuꝫ elaboraſti: vt te ſtudioſam coniugis tui multis oſtendas. Ego autem ſi ob eã cauſam te in vxorẽ duxiſſem bene quidẽ faceres ſi in huiuſmodi rebus te oſtentares ſed ſi propter philoſophiã ꝙ̃ & ipſa appetiuiſti huiuſcemodi res obmittas velim. Et illa coneris facere: quæ magis humanæ vitæ poſſunt proficere. Hæc nãqꝫ & aput me: & aput Diogenem didiciſti.

Crates Hipparchiæ coniugi. S.

Sapiencia dux animi eſt res optima: & maximum hominibus bonum. Quere igitur quo pacto eam aſſequi poſſis. Aſſequeris eñ vitã quãobrẽ quere viros ſapiẽtes: & ſi [illegible] vltimos orbis terrarũ fines debeas ꝓficiſci.

Crates Hipparchiæ coniugi. S.

Intellexi te peperiſſe & facile: at tu quidem nihil ad nos ſcripſiſti. Grates deo: & tibi. Credis igitur ne nũc ꝙ laborare quieti cauſam dederit? Non enim facile peperiſſes ſi quum grauida non laboraſſes: vt hi facere ſolent: qui certamen inire ſtatuerunt: Sed complures

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142876-p0015-9

mulieres : quum grauide ſunt delicatiſſime viuunt.
cum autem parturierint quibus contingat (ſi modo
ꝯtingere poſſit,ſaluas euadere)egrote deinceps ꝑmanēt

Crates Hipperchiæ coniugi

Infans natus eſt:ſed ſi oſtendas cuius nā gratia nobis.
euenerit:habebis curam huius catuli noſtri:habere cu
rā eſt ſi eum tibi digne educaueris. Sit igitur ei balneū
aqua frigida faſcia tribo cibus quantum ſufficit lactis
& non ad ſaturitatē : cunabulū.teſtudinis cōcha:ipſaꝫ
enim ad morbos pueriles vtileꝫ eſſe percepimꝰ.(Quū
autē loquendi, ſeu ambulandi tēpus aderit:ornatū nō
enſe:quemadmodū Aethra Theſeum ornauit ſed bacu
lo & tribone:& pera quæ magis poſſunt hoīes tueri q̄
enſes:mitte Athenes) In cetris autem nobis cure erit
vt eum pelargū pro cane tibi in ſenectute remittamus

Crates matrodi fælicitatem

Magno certe merore affectus ſum:cum audiſſem Dio
genem in latrones incidiſſe Et niſi quidam ex his qui
cum illo capti ſunt liberatus Athenas aduenīſſet : ad
huc eodem merore tenerer. Sed cum veniſſet ad me il
lam animi agritudinem amouit. Narrauit enim mihi
quemadmodū equo animo calamitatē tulerit . Et quū
latrones cōtemnerent: quo nā pacto Diogenes eos allo
cutus fuerit. None ſi ſues inquit ad vendendum duce
retis : & cura vobis alendi eſſet : vt cum venderentur.
plus argenti afferret? At nos:quos eque atꝙ ſues ven/
dituri eſtis:cōtemnitis? An non putatis:& nos plus ar
genti vobis poſſe afferre:ſi pigues vidæamur: minus
autē ſi macri? Nā etſi hoīes non edūtur eos tamē alere
vos oportet. Verum enimuero oēs:qui pecora emunt:
hoc vnum precipue vident:ſi magnū:ſi pigue corpus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142876-p0016-5

habeant. Sic & hoīes ob corpus: & non ob animam emunt. His racionibus latrones perſuaſi: & nos quoq; nutrire ceperūt: ob quā cauſam Diogeni gratiam habemus. Sed quū in quandā vrbē peruenissemus: vbi facile venundare poteramus: in forum aducti ſumus. Nos autem ſtantes lacrimabamus Diogenes panem accipiens comedebat. ac nobis porrigebat: quem dū nos acciperet enumerem⁹ nonne: inquit ille: deſinetis cōqueri & flere ꝙ ſerui futuri ſitis: ac ſi natura liberi quū a latrone capti eſſetis: & non ſerui prauiſſimorū dominorū: At nunc quidē obtinebitis forte dominos moderatos qui vos delicijs: quibus iam corrupti fuiſtis: liberabunt. & facient vt abſtinenciam & tolleranciam adiſcatis precioſiſſima bona. Que quum emptores audirent vehementer admirabantur quod tam æquo animo captiuitatem ferret. Quumq; nonulli ex eis quidnam ſciret per cunctati eſſent ſcio enim inquit hominib⁹ dominari: quare ſi quis veſtrū: domino indigeat accedat ad eos qui nos vendunt: & precio cum eis cōveniat. At illi deridentes: quis eſt aiunt liber cui domino opus ſit? Omnes inquit praui. & qui voluptatem quæ omnium malorū cauſa eſt: ſequuntur & labores fugiunt Ob q̄ quidam cauſam: magni aput latrones precij Diogenes fuit neq; eum vendiderūt: ſed domum perduxerūt: pollicebantur ei ſi quid eorum que quuz venderetur dicebat. eis vellet oſtendere: illum ſe dimiſſuros. Qua propter nec ipſe: quum domum rediſſem operam dedi vt redimeretur: nec ad te: vt idem curares ſcribere volui. Si igitur & tu animo leto: ꝙ quum captus a latronibus ſis viuis Et que a multis non credebātur vera eſſe videntur. Crates aperi fæcili

Breuis & conducibilis medicina ad omnem anguſtiã eſt: equo animo ferre: quæ neceſſitate fiunt: quẽadmo-dum oraculo a maioribus noſtris accepimus: qui em̃ ea quæ fieri non poſſunt deſiderat aduerſam fortunaꝫ paciatur neceſſe eſt Sed in portunus forte atqꝫ philoſophiæ ſtudijs nimis dedit⁹ tibi videor: de qua re nihil dicendum cenſeo. Quare ſi tibi viſum fuerit meam cau-ſam pretermitte: & maiores noſtros conſiderato: Ego enim vt coniectura per me intelligere poſſum tũc me-rore afficimur quando ſine anguſtia viuire volumus quod nullo pacto fieri poteſt cum corpore em̃ cũqꝫ hominibus viuamus neceſſe eſt. Ex quibus ꝓfecto cõplures anguſtiæ ꝓficiſcuntur. Si quis igitur cum prudẽ-tia inter hos conuerſatur is ſine triſticia ſine perturbacione viuit. beatuſqꝫ rite haberi poteſt. Sin autem hæc ignorauerit ſemper erit inani ſpectatiõe ſuſpenſus: & cõtinuo appetitu. Quamobrem ſi multorũ tibi placet vita: conſule illos qui ſunt in eiuſmodi rebus ex perti. Sin antem Socratis & Diogenis: quæ tragædiarum ſunt: alios obmittens eos pro viribus imitare.

Crates Horioni. S.P.D.

Ager nec virtuoſos nec prauos homines facit: ſed bo-norum malorumqꝫ ſocietas: quare ſi vis bonos & non malos liberos tuos fieri: Non in agrum eos ſed ad philoſophos mitte: vt quuꝫ ipſi ad eos proficiſcãtur quæ bona ſunt doceantur Virtutẽ enim excercitatiõe: non tantum natura conſequimur. Socrates Platoni. S.P. Mouebamus nos melius fore: ſi fuga ſalui euadere-mus. Adeo maximi vitam eſſe arbitrantur vt nos modo viueremus: male viuere vellent. Deinde quum me ligatum aſpicerent: ægre ferebant: ac ſi culpa noſtra li-

gati eſſemus . & non eorũ iniuria qui nos ligauerunt.
Preclarius quidem eſt nos alienis flagicijs mori quam
noſtris ſaluos euader.

HERACLETI Philoſophi ad vitam humanam

Quam viam quiſqꝫ eligeret in hac vita . In foro litigia
& moleſta negocia.in domibus curæ. In agris vero ſa-
tis laboris . In mari timor . In externa terra ſi quid
poſſides timor. Si autem æges moleſtũ . Coniugatus
es non abſqꝫ cura eris : Non coniugatus viues magis
ſolitarie Liberos habes metus cecitas eſt vita ſine libe-
ris Iuuentutes temerariæ Canicies autẽ debiles. Alte-
rutrum eligendum eſt:vel nunq̃ naſci: vel cito exting
ui.Omnia riſus.

DEMOCRITI Philoſophi contrarium

Cuiuſmodi ſit michi viuendiuia.in foro quidẽ gloria
& prudẽtes actiones.In domibns quies.In agris vero
amænitas . In mari lucrum . In hoſpitali terra ſi quid
poſſideas gloria.Sin æges ſolus es.Cõiugatus es opti
ma domus.Eris non coniugatus viues ſine dolore.Li-
beros ſi habes lumen . Vita enim ſine liberis ſtulta eſt-
Iuuentutes fortes.Canicies rurſus pie. Vtrumqꝫ igi-
tur eligendum eſt & naſci & nunquam extingui.Om-
nia igitur in vita bona.

TEAOS

IOANNI GRACCO PIERIO CORO
GRAPHO AVSTRIE APPOLLI
NIS VICARIO IOAN
NES STABIVS
AVSTRI
ACVS PHILOS.
ET MATHE.FELICI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142876-p0019-5

Incidi nuper in lectionem epiſtolarum Cratis Cynici qui Diogenes (quem latina ethimologia) recte iouis genitū dicere poſſumus ſectam: adeo eleganter diſerte deſcribit & defendit. vt bene Cratis ſibi nomen. hoc eſt potentis aſſumpſerit. Et quia te ſumme in varijs legēdis philoſophorum ſectis oblectari audiuerim. eas breues & laconico more ſcriptas epiſtolas ſub tui nomis titulo impreſſioni demandare volui. quas ſi tibi placuiſſe cognouero ad maiora me tibi dedicanda induces. Vale ex Ingelſtadio ex diuerſorio noſtro litteratorio.

EIVSDEM IO. STABII. AV. PHALEVTIVM CARMEN PRAGNATICE.

Vitam qui Cynici ſeueriorem
Magni Diogenis ſimulqꝫ Cratis
Eius diſcipuli ſequi laborat.
Seſe philoſophum canemqꝫ noſcat
Atro contegat & caput cucullo
Ornans corpora pallioqꝫ pera
Nec ſpernet baculum manu tenere
Barbatus rigidus per omne corpus
Setoſus pariter breui capillo
Circum tempora tonſus hinc & inde
Incedat: tetricum geratqꝫ vultum
Frons triſtis taciturnitate pollens
Demiſſiqꝫ oculi remiſſa ceruix
Inceſſus grauitate geſtuoſus
Quali ſe vetule ferunt ſuperbe
Dum ſanctos adeunt deos precatum
Verum hæc ſi omnia ſic ſtudet refere

Non eſt diſcipulus nec emulator
Magni Diogenis ſimulqꝫ Cratis
Nam multi hoc faciunt: ouile tegmen
Extra qui ſimulant malum ſed intus
Condunt hipocritam lupo rapaci.
Quare philoſophus probatus ille
Et vere Cynicus poteſt videri
Qui vitat vicium colit perenni
Virtutem ſtudio fidem piumqꝫ
Qui vitam fugit & voluptuoſam
Spernens delicias ſequens labores
Conſtans: intrepidus timens nec vnq̃
Fortune temulentioris auſus.
Talis diſcipulus poteſt probatus
Dici Diogenis ſimulqꝫ Crates.

Dici diogenis ſimulqꝫ crates

Contrario ut [illegible] acci[illegible] [illegible] et [illegible] ysaia [illegible]
[illegible] ad altare · ordine [illegible] [illegible] in [illegible]
[illegible] · [illegible] et est [illegible] qui [illegible] · [illegible]
et [illegible] · et nota [illegible] ut [illegible]

[illegible] habent gratiam, cui si post [illegible]
[illegible] cui prius fuit gratia, et [illegible] est quia
[illegible] in qualitate [illegible] quam [illegible] in
[illegible] [illegible] qui [illegible] erant [illegible] eiusdem
qualitatis · et illa qui post [illegible] simul cum prioribus dicit [illegible]
[illegible] impedit in [illegible] qualitas

~~[illegible]~~

[illegible] quod [illegible] non [illegible]

Cum [illegible] solus
[illegible] iudicare
[illegible]

[illegible] ut in [illegible]

Passus spacium quod patet in spacio pedum qui patens [illegible]
[illegible] sic pedibus patescunt passus est [illegible] fit [illegible]
quam greci [illegible] nostri appianam vocant [illegible] in [illegible]
[illegible] aut [illegible] [illegible] paulo amplius dimidium [illegible]
[illegible] [illegible] et colligunt

Ut nostri parentes in libros patet Tobie dicimus ubi [illegible] ab [illegible]
[illegible] filium sic alloquitur [illegible] fili inquit ut quid te
[illegible] peregrinari lumen oculorum nostrorum · baculum senectutis
nostre solacium vite nostre spem posteritatis nostre omnia simul
habentes te non debuimus dimittere a nobis [illegible]
[illegible] [illegible] filio [illegible] et solatio nostri et [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] et sola voluptas ·

Stadium curriculum [illegible] locus in quo [illegible] homines [illegible] et certat
[illegible] inter [illegible] stadium [illegible] dictum
stadium apud [illegible] stadios a stacione quod herculis [illegible] spacio [illegible]
[illegible] clarissimum fuit curriculo stadii olimpii [illegible]
herculis [illegible] pedibus [illegible] octavam mille passuum
[illegible] quod [illegible] nostros efficit passus [illegible] pedes [illegible]
[illegible] ut [illegible] quam in summa [illegible] efficit mille
passus : et

[illegible] [illegible] est [illegible] [illegible]
[illegible] et in [illegible] plautinus [illegible] herculi [illegible]
isto loco [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] a fabris [illegible] aut [illegible] latus [illegible] quam
[illegible] est ut [illegible] quos opera sua latius [illegible]
[illegible] [illegible] asseres [illegible] [illegible]
[illegible] et

alicatam cū uir
i medium pducti
ceperūt · q̄ p̄ma
labore coacti sūt·
disputatōem
R [illegible]
celestium [illegible]
blando cōfortat alloquio
[illegible] uirgo [illegible] xpi [illegible]
[illegible] v·
Ducit uirgo de custo
dia cū magistra pug
[illegible] signo crucis [illegible]
[illegible] ab angelo m
uisitata · et de uictori
a cū p̄mo · et prīcē
[illegible]
[illegible] · et uens [illegible]
[illegible]
[illegible] et socios

[illegible] et ydola respuentes [illegible]
marcencius fecit cremari xiiii
die octobris R Angelis interea
descendens uirgo beata ne timeas [illegible]
nō [illegible] gratia liquit v Confortans
[illegible] splendore puella
Audiens regi[illegible] v [illegible]
na uirginis xpi fertile
ecclesiam · Sparsa uirgini · cupie
bat ignorante uiro ad ipsam
si posset accedere : et uinctis [illegible]
post porphirio duci sibi fi
deli · et familiari cōsilium dirig
it · uidi in uisu in medio [illegible]
batorum [illegible] sedere · et in coro
nam auream imponere · et a
xpo dicebat in missa · R
O quam felices [illegible] plurimi
quos [illegible] hostis
v Tu duce porphirio sic mareur

[illegible] salutem [illegible]
[illegible] consolatur et roborat
[illegible] filia [illegible] ego sum [illegible] pa
ueas · R Cap [illegible] ueneranda
templum [illegible] obsequio
v Pur[illegible] cum [illegible] anima · [illegible]
R O [illegible] sancta quam [illegible] beata [illegible]
[illegible] familiaritatem suscipe [illegible]
v [illegible]
[illegible] R Regnum mundi · Laud
Passionem gloriose uirginis katherine
plebs celebret fidelis [illegible]
memorans [illegible]
[illegible] A Post plurima supplicia [illegible]
alma ad [illegible] ad celum
[illegible] per singula [illegible]
[illegible] A [illegible]
ihesu rex bone [illegible]
spiritum et [illegible]
[illegible] A [illegible]

quibus [illegible]
rex celestis [illegible]
katherine uirgo [illegible]
post [illegible]
[illegible] A Prudens
uirgo filius es cū sponso [illegible]
[illegible] de mundo [illegible] pulchra [illegible]
[illegible] luce spectabilis [illegible]
[illegible] et iherusalem [illegible]
[illegible] filio A [illegible] uirgo
clamor [illegible]
[illegible]
[illegible] supplicibus · Oratio
Deus qui nos [illegible]
m[illegible] tuorum
[illegible] crisanti · mau
[illegible] et darie [illegible] natali
[illegible] cor nos ibi [illegible]
adiuuari · Cap
Benedictus dominus [illegible]

...specu oīs carnis
...apli gaudentes a-...
...q̄m dign̄ ān ...
...ihū xpī ... mentā
...os uos De apl'is Cap
...ne elegistis s. ego
...uos. et posui uos ut
...fructū afferatis et
...us maneat. alind
...i maius hac et non
...mea in uos mānere
...uolueris petens si
nobis. ān Ecce ego ...
[illegible]
[illegible]
... Coll.
Concede q̄s ōp̄s deus ut
...sicut aplor̄ tuor̄
...ta nātalicia p̄ue
...tua ... pro
[illegible]

Da nobis q̄s ōp̄s deus ut
b̄ti apli tui ... p̄ueniā
uenanda solempnitate et
deuotionem nobis augeat et
salutem. Inuit. R. ...
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Si quis ad thās puenit
dignitatē. ut amat uo
cat ...
Dona ... ad ...
michi ...
ad ...
[illegible]

In alexandria erat R. p'ma
puella que dn̄a noīe kate
rina. costi quōda ...
... fuit. ut uo...
ret ei scōs ...
[illegible]
[illegible]
Hec i p̄mis ...
laus ...
marentui ...
tēpnit imolatē. ...
ad sacrificia ...
[illegible]

...neit: ...
creature ...
...
Cui ...
religione
ipā instantia ...
it ei puella: ...
Dicens: costi ...
a. r uo ancilla ...
[illegible]
[illegible]
W...

DIOGENIS CINICI PHILOSOPHI

Secta Authore Bartholomeo colonienſe latine.

Inſignia Diogenis.

Cratis:philoſophi Cynici epiſtolæ elegantiſſimæ.

Pallia non Cynicum faciunt atriq; cucullis:
Non bacculus curuus pæra nec ipſa facit
Aſt animus recti ſemper ſeruator & æqui:
Et qui fortunæ ſpernere dona poteſt

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-142876-p0025-5